

(...) Capitulo<sup>a</sup> Nicene<sup>i</sup> sinodi: Si quis apostolicę sedis institutionem vel decretum superbia<sup>b</sup> aut avaricia vel certe aliquo pessimę ambicionis instinctu perturbare aut violare presumpserit, cuiuscumque sit ordinis, dignitatis aut professionis, tamquam dei inimicus et ordinationi eius tyrannide<sup>c</sup> sua resistens et ecclesię dei hostis tociusque pacis et christianitatis dissipator anathemate usque ad satisfaccionem perfectam teneatur omni tempore annexus, docente papa magno<sup>d</sup> Silvestro: *Nemo<sup>2</sup> umquam obices manus, id est contradictorias<sup>e</sup>, intulit apostolico culmini, nisi ipse, qui de se ipso voluit.<sup>f</sup> iudicari. Durum est enim, contra stimulum calcitrare vel contra adversus<sup>g</sup> impetus fluminis conari. Neque enim fas est catholice fidei cultoribus a constitutione apostolatus nostri in alico dissentire, ne forte verissimo et bono pastori<sup>h</sup>, qui nos<sup>i</sup> ipsis voluit preferre, comprobentur repugnare. Ipse enim Christus deus et dominus noster nos omnium catholicorum fidelium ad vicem suam in ter(ri)s<sup>k</sup> esse statuit<sup>l</sup> caput, dicendo primo sanctę ecclesię pastori: *Tu es Petrus et super te edificabo ecclesiam meam.* In ipso enim nobis omnibus quamvis indignis et locum pastoris tenentibus<sup>m</sup> hanc ipsam potestatem dedit, ut quorundam peccata relaxare et retinere valeamus ipso dicente: *Quorum remiseritis peccata, remit(tuntur) eis, et quorum retinueritis, retenta sunt.**

Act. 9,5  
bzw. 26

Matth.

Ioh. 20,

CPT. XIII. Presumptores vero et circa sanctorum canonum decreta contumaces eorum (...) involvi decretorum sentenciis iure statuimus. Siquidem apostolici<sup>a</sup> viri sive ecclesiastici ordinis in talibus temerarii inventi fuerint, tamquam rebelliones verique scismatici et a capite dissidentes omnimodis de-

---

a) CaPitulo aus CaPitula verbessert Hs. b) superbia bei Zeilenwechsel ursprünglich doppelt vorhanden, dann zweites mit Korrekturpunkten unterliniert Hs. c) tyrannide aus tyrannise verbessert Hs. d) magno aus magano verbessert Hs. e) contradictorias Hs. f) voluit aus volutit verbessert Hs. g) adversos] ursprünglich adversus, dann über u<sup>2</sup> etwas uneindeutig hinzugefügt: eher ein i als ein o Hs. h) pastori aus pastore verbessert Hs. i) nos aus nobis verbessert Hs. k) ter(ri)s] nach ter Rasur am Zeilenende Hs. l) statuit aus statui verbessert Hs. m) tenentibus aus tenentibus verbessert Hs. n) apostolici gekürzt als apli Hs.

---

1) In den Akten von Nicaea (325) nicht nachzuweisen.

2) Von nemo bis iudicari (Z. 9) Übernahme aus Bonifatius I., JK 365 (MIGNE PL 20 Sp. 782AB). Wodurch die Zuschreibung an Silvester motiviert war, ist nicht erschließbar. Die Bonifatius-Dekretale war in der Reimser Kirchenprovinz bekannt, wie die Aufnahme des gleichen Zitats in den Pittaciolus Hinkmars von Laon vom November 869 belegt (MIGNE PL 124 Sp. 1023D).